



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

60. Aues: Ex D. Greg. Naz.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

N V N C D E S C R I P T I O N E S A L I Q U O T P R A E-  
cipuorum animalium subiecti, ex laudatis auctoribus, ad quarum exempla cetera in e-  
dem genere conformari possint.

A V E S.  
Ex D. Gregor. Nazianzeno.

Descriptio LX.

*Σύντομα μοι καὶ ὅρισεν διγλασσά, καὶ ποικι-  
λιας, ἐντε σχῆματε, καὶ χρόματι, τὸν  
τελείων, καὶ τὸ λικέρον, καὶ τὸ τέττανον·  
διας ὀλόγον, καὶ παράπονον; περὶ τὸν οὐ-  
τοῦ γηγένετον εἰπεῖν, μαγιστρόν, αφετὲ τὸ τὸν θεόν·  
δεν δοματά τε, καὶ τερπνόμαλα, ὥστα ἡλίῳ κα-  
νένταυ μετημέρινα μεταγγένεται, καὶ χραφω-  
νάστατα διληπτά, καὶ ὀδοίπορον τοὺς φωνάς παρα-  
πέμπωσι.*

Ad hanc greges animalium considera, quamque  
varia, & multiplex figura sint, varijsque  
coloribus: qui fiat, ut aliae mutare sint, a-  
liæ canoræ: quæque harum suavissimi can-  
tus sit ratio, & à quo hanc facultatem acce-  
perint: quis lyram cicadas in pictore dedit?  
& cantus illös, atque garritus, quos cum me-  
ridiano solis æstus ad musicam excitantur; in  
arborum ramis fundunt, ac nemora sono im-  
plent, & viatorem vocibus prosequun-  
tur?

P H O E N I X.

Descriptio LXI.

*A* Thiope, atque Indi, discolores maximè;  
& inenarrabiles ferunt aues, ante omnes  
nobilem Arabia Phœnicem; haud scio an  
fabulosum unum in toto orbe, nec visum ma-  
gnoperè. Aquilæ narratur magnitudine, auris  
fulgore circa colla, cætera purpureus, roseis  
caudam pennis distinguentibus, cristis fa-  
ciem, caputque plumo apice cohonstante.  
hic postquam longam sæculorum seriem vi-  
uendo expleuit, naturæ ipsius instinctu rogum  
concinnat, suauit fragrantium lignorum copia  
refertus, quem sepulchri simul, & lectuli lo-  
co sit habiturus, in eo sepelitur, & quiescit.

Mox etiam ex eo resurgit ad vitam: post-  
quam enim afflantibus solis radijs incensa-  
iam pyra conflagravit ales nobilissimus, ut  
suis mox cineribus pubescat, exiguum ver-  
miculum relinquit in fauilla, qui paulatim  
animam, & speciosi corporis induit effigiem,  
sic Phœnix pater est, & patri simillimus fi-  
lius.

Vide Plinii lib. 10. cap. 2.

A Q V I L A.

Descriptio LXII.

*A* Quilia enim vero cum si nubium tenus al-  
tissime sublimatur, evecta alis, totum istud  
spatum quæ pluitur, & ningitur, ultra quod  
vacuum nec fulminis, nec fulguri locus est, in  
ipso (ut ita dixerim) solo ætheris, & fastigio  
hyemis: cum igitur eō se se aquila extulit, nutu  
elementi læviorum vel dextrorum tanta mo-  
le corporis labitur, velificatas alas quo libuit  
adserens, modico caudæ gubernaculo, inde  
cuncta despiciens, ibidem pennarum eminus  
indefessa remigia, ac paulisper cunctabundo  
volatu penè eodem loco pendula circunve-  
tur, & querèr quorsus potissimum in prædam  
se superne ruat, fulminis vice: de cœlo im-  
prouisa simul campis pecua, simul montibus  
feras, simul homines Vrbibus uno obcurta sub  
eodem impetu cernens, vnde rostro transfo-  
diat, vnde inuncet vel agnum incuriosum, vel  
leporum meticolosum, vel quocunque esui  
animatum, vel lanatum fore obtulit.

Apul. lib. 1. Florid.

Z Z Z

P S I T -